Czaple **Donatio** 63

Coram off. et Actis praesentibus Castren. Capitan. Cracovien. personaliter com:
parens Rndus Simon Czapski Altarista in mineri Dzbrowka
filius olim Nobilis Adami Czapski in Czaple Andralowice et Obrapalki
Districtus Proszovicen. haeres Sanus mente et corpore existens a Districtu
foro et jurisdictione competenti recedendo et huic se jurisdictioni quo ad reco:
gnoscenda infrascripta attinet palam ac libere verbisque propriis
recognovit Quia Nobili Petro Czapski fratri suo germano et
ips. legitimis successoribus de omni et integro jure suo seu inscri:
ptione certa sibi recognoscenti per Nobilem Elisabeth filiam olim
Joannis Czapski consortem Nobilis Alberti Sarnicki Deika super
bona omnia immobilia in haereditatibus villarum Czaple Andra:
lowice et Czaple Obrapalki consistentia Coram actis Castrensibus
Proszovicen. bimodo donatorio facta et recognita Cum omnimoda
potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione pos:
sessione tuitione et ligamentis omnibus in originali inscriptione
contentis et vallibus omnibus in eisdem bonis existentibus nullis exce:
ptis cedit et de eisdem bonis condescendit Omneque et integrum jus
suum sibi ad praemissa serviens in personam ips. et eius successorum
plenarie transfert et transfundit, Praeterea et bona sua mobilia omnia
se post parentes suos jure naturalis successionis concernentia in haeredi
tate Czaple Andralowice consistentia in aedificijs pecoribus frumentis
totaque substantia et supellectili domestica nihil sibi ex eis reser:
vando et excipiendo eidem fratri suo dedit donavit ac perpetuis
temporibus resignavit ac inscripsit Cui jam ex nunc in factione eid.
bona mobilia et immobilia praesentibus resignata dat et admittit realem
intromissionem cum libera usufructu ac pacifica possessione per eundem Nobilem Czapski
et Nobiles suos acceptandam Quatenusque praemissa ex his actis autentice
acceptam ad acta propria duntaxat transferri et ingrossari consen
sit. Assistentia sua ac personis quacunque non obstante.

Oledzkie **Demissio**

Coram off. et Actis praesentibus personaliter comparentes Nobiles Stanislaus et Jo:
annes filij olim Nobilis Christophori Oledzki Sani mente et corpore existentes
palam ac libere recognoverunt Quia Nobili Alberto olim Pauli Oledzki et ips.
posteris obligationem terrae immobilem in bonis Oledzkie sitam per olim Nobilem
Paulum Oledzki parenti suo in tribus sexagenis inscriptam et aliam
obligationem eid. parenti suo per olim Andream quondam Nicolai Oledzki
in quatuor sexagenis recognitam Cum omnimoda potestate eiusmodi
inscriptionis ac paratis possessionibus demittunt et de bonis praedictis con
descendendo in ipsum transfuderunt intromissionem ex nunc officiali acceptandam
admittendo